

nulla: præter scutum ensem: & lâceam ex harûdinis genere quæ apud illos
nascitur solidissima: Et ipsi quoq; ferro inuiolabilis. Corporibus siccis &
humore carentibus. Statira iusta: Fusca facie. Barba rara. Ceterum uiri
bus & agilitate præstant. Gestus & incessus grauitate plenus. In latrociniis
nemini parcunt: ut ipse sultanus tutum liberumq; uiarum trâsitum statu
ta pecunia redimere cogatur. Apud arabas igitur Mahumetus emerit his
mahelita genere. Sordido loco. Et parentibus idolatris. Vt roq; orbatus:
puerilibus annis furaci questu uictum quesivit: Locandis conducendisq;
mulis: ac camelis ad merces deportandas. Nam in hunc usq; diem fura
cissimi sunt omnium. At uero ut primum adoleuit: morem Arabice gen
tis: inter quos uersabatur: secutus latrociniis se totû dedidit. Inq; eius quæ
stus genere tum calliditate igenii: tum corporis robore: Quibus rebus plu
rimum præstabat: Cæteris ex eodern genere latronibus siccariisq; facile su
perior euadit. Pecuniam sibi comparat: manuq; cogit: Duobus aut tribus
fortiter factis nomen inter populares adeptus est. Superatis igitur fortu
ne impedimentis. Primus illi affulsit ad dominatum fauor uide mulieris.
In cuius amore in sese insinuans: tum præstigiis quibusdam: & amatoriis
carminibus: Quibus apprime esset instructus: tum blanditiis uariisq; arti
bus (ut sit) deceptam: ad coniugium pellexit. Surripuit illi non pecuniam
modo: sed castella quoq; a viro relicta. Q uibus instructus: modo finiti
mos regi perfico subiectos prædis abactis exagitat: modo aliorum excur
siones facit. Secutus est Heraclii partes eo in bello quod maximum cum
Cosdroe gessit. Non desunt ex Gracis scriptoribus: Q ui Turcum quen
dam dicunt Cosdroe militem. Q uum procul esset Mauhmetum conspi
catus audacius præliantem subditis equo calcaribus in eum incurrisse: ar
q; secundum faciem uulnerasse. Eo confecto bello: crescente indies domi
nandi libidine (semper enim cupiditati cupiditas maior accrescit) Ecce apd
Constantinopolim ingentem illi occasionem ad magnas obeundas res for
tuna contulit. Nam Sarraceni: quos diximus: Heraclii partes secutos:
Q uum stipendia egrius soluerentur: distribuerenturq; in pecunia locum
toge militibus: sarracenus autem procurator suis quoq; militibus toga
rum partem importunius expeteret: Responsum a Spadone quæstorio
acrioribus uerbis: Q uid me sarracenæ tantopere urges? Ego ne Cani
bus panem dedero: quem debeo filiis? Accensus ira Sarracenus: Ca
nes igitur sunt: Qui tantum imperii sanguine proprio Heraclio pepere
runt: ipsi uiderint. Statimq; citato ad suos equo. Vacuus inquit mi
lites pecunia ad uos redeo: Plenus contumelia. Relato Q uætoris re
sponso indignabundi ad unum omnes Vmaro duce ad Mahumetum
transiere. Elatus tanto copiarum accessu Mahumetus non iam hare